

- 196 Nec intereat III. quoad personas Regulares, utrum jam actu professionem emerint, vel auctum Novitiatum needum exegerint; quia enim Novitii sunt in via ad profendum, habentur in materia favorabili pro professis cap. Religio 21. §. quamvis de Sentent. excommunicat. in 6. sicut miles, proxime cingendus, pro cincto reputatur per l. pen. ff. de Testam. milit. Barbola d. l. n. 21. Ranbeck d. §. 1. n. 8.
- 197 Nec intereat IV. quoad injurias, utrum nomine proprii vel alieno, per se vel per alium, physice aut moraliter in Clericos delinquent: nam etiam qui mandant, consulunt, & cum possent, manifeste facinoris defunst obviare, delinquunt contra privilegium canonis, & illius peccatum incurrit cap. mulieres 6. §. illa vero &c. cap. universitatis 24. cap. quanta 47. de Sentent. excommunicat. Quoad ratihabentes autem interest, utrum eorum nomine delictum si admisum, vel sine nomine: prior enim cafu illis imputatur delictum & peccatum cum ratihabito retrahatur, & mandato equiparatur; posteriori cafu non imputatur: cum quis ratum habere nequeat, quod eius nomine non est legitimum. Textus in cap. cum quis 23. d. l. in 6. juncto cap. ratum 9. & seq. de R. J. eod. in 6.
- 198 Cefsat autem hoc privilegium cum annexa in transgressores penaliter quando persona Ecclesiastica propter delictum amissit privilegium fori: tunc enim privilegium canonis plerumque simul amittit. Ranbeck cit. f. 1. cap. nn. §. 1. n. 5. Videantur dicta in num. 166. 200 & seqq. Cefsat II. quando Clericus non injuria, sed correctionis causa, à Superiori, vel Magistro moderate castigatur cap. super eo 1. cap. ex seno 10. cap. universitatis 24. de Sentent. excommunicat. Cefsat III. quando justi dolitos, quem continere difficultissimum, iudicatur, magnitudo concurrit, ac Clericus v.g. cum percipientis uxore, matre, filia, vel foro turpiter agere reprehenditur cap. si 202 d. l. n. 1. Cefsat IV. quando Clericus à Magistratu Sacerdoti apprehenditur in casibus, à Jure permisis, de quibus in Lib. II. tral. de 203 fudic. cap. 3. n. 273. 275. 277. Cefsat V. quando Clericus non ex vindicta, sed iustitia defensione, cum moderamine inculpante tutelæ, percuditur d. cap. si verò 3. cap. ex seno 204 ex 10. de Sentent. excommunicat. Servatur autem moderamen, si fervet imprimis modus, & tanta sit propulsatio injuria, quanta ad defensionem sit necessaria: neque enim is, cui Clericus impingit unam alapam, potest repercutere, nisi probabiliter timeat, ne al. 205 tera & tercia sequatur: deinde si fervetur tempus, ac defensio fiat in continentia: quia ex intervallo non potest amplius habere locum defensio, ubi cefsat invasio. Ranbeck cit. l. 6. 4. n. 7. Barbola d. §. 1. n. 66. Antonellus d. cap. 3. n. 75. & seqq. apud quos Auctores plures alii causas videri possunt.
- 206 Quantum ad solutionem ab excommunicatione, in violatores privilegii canonis la-

tā, distinguendum est inter percussionem levem, gravem, & atrocem. A percussione levi, que nempe graviter quidem peccaminosa, sed, specie circumstantiis, Ordini Clericali non adeò probrofa est, qualis regulariter ex mente Bonacina, à Ranbeck cit. l. 6. 5. relat, cenfetur, qua non relinquit carnium maculam, fracturam, scissuram, &c. absolvunt Epiloci vigore cap. persicenti 17. de Sentent. excommunicat. A percussione gravi, quae media est inter atrocem & levem, at scissuram, v.g. maculam, fracturam, aut effusione sanguinis caufat, etiam absolvunt Epiloci, sed folios Regulares vel Clericos, in communione Seminario vel Collegio viventes, utpote quibus frequenter lictum & rixarum imminet occasio cap. quoniam 9. de Vita & morte Clericor. ibi & Panormitan. num. 3. A percussione atroci, que defumitur partim à modo, ut si fusibus cædatur, vel pedibus calcetur Clericus; partim ab effectu seu gravi corporis lesionis, mutilatione, vulneratione &c. & partim à persona percussa dignitate, præminentia, Superioritate &c. Epiloci regulariter non possunt absolvire cap. cum ilorum 32. de Sentent. excommunicat. nisi vel percussio fuerit occulta, atque ad forum contentiosum non deducta per Concil. Trid. f. 24. de Reformat. cap. 6. vel excommunicati singuli 207 in Jure favorem habeant, uti habent impuberis, mulieres, moniales, infirmi, aut impedimentis alio, quo minus Romanum se confundere possint, implicati, de quibus legantur textus in cap. super eo 1. cap. mulieres 6. cap. ea nos 13. cap. de monialibus 33. cap. quamvis 58. de Sentent. excommunicat.

Circum Religiosos alia distinctione adhibenda,

Refert nimur, ac Religiosi ejusdem Monasterii invicem percussurant; an Religiosi diversi Monasterii; an denique Religiosi Clericos Sæculares.

Primò cafu abolivit Praelatus Regularis proprius, præterquam si percussio fuerit enormis & atroc, cuius absolutio

Sedi Apostolica reservatur cap. Monach. 2. cap. Canonici 50. d. t.

Notat verò Antonellus 212 d. cap. 3. n. 132. Praelatos ferè omnes Religiosorum exemptorum hodie privilegium habere, suos Regulares, etiam Novitios, à quaque percussione absolvendi; edēmque privilegio gaudere Religiosi, qui communicationem privilegiorum obtinent.

Secundò cafu abolivit itidem Praelatus proprius Religiosi percussor, sed tamen in praesentia vel cum consensu Praelati illius, qui percussio est cap. cum ilorum 32. 8. si vero clamatur &c. d. t.

Tertiò cafu à percussione 213 levi & gravi Episcopos; ab atroc. Summus Pontifex abolivit d. cap. cum ilorum 8. quodibz Clericum &c. cap. Religio 21. in pr. cod. tit. in 6. Gonzalez ad cap. Monach. 2. d. t. Antonellus cit. cap. 3. n. 122. & seqq. Ranbeck cit. §. 5. per tot. Barbola cit. l. 6. n. 85. Engel ad cit. tit. de Sentent. excommunicat. n. 131. & seqq.

§. III.

De Privilegio Competentia.

214 P rivilegium Competentia est prerogativa, quā per sona Ecclesiastice, debitis onerata, nec excommunicari, nec incarcerari, nec ad bonorum cessionem compelli, nec a suis creditoribus in plus conveniri possunt, quam facere possint, deducta congrua sustentatione; id eoque vel fructus beneficii, si quod habent, deductā congruā, in solutum cedere, vel juratorum cautionem praestare debent de integrè solvendō, si ad pinguorem fortunam pervenerint. Sedem reperit hoc privilegium in cap. Odoardus 3. de Solution.

Rationes illius varijs assignat Gonzal. ibid. n. 14. inter quas l. est: quia, dum Jure Civili simile privilegium concessum est militibus I. miles 6. in pr. l. item miles 1. 8. ff. de Re Judic. conveniens est, ut Jure Canonico Clerici, qui sunt milites Christi cap. reprobens 19. XXXII. q. 8. non.

215 minori labore honorentur. II. quia de Jure Civili mémoratum privilegium tributur omnibus ferè personis, quibus aliqua debetur reverentia, puta marito, patri, patrino, si ab uxore, liberis, aut libertis convenientur l. suns qui 16. l. patronus 17. l. cum ex causa 30. ff. de Re Judic. Unde Clerici, quibus ob eminentiam statu utique debetur reverentia per cap. in scriptis 8. & 2. seqq. Dicit. 96.

216 negandum erat. III. quia per se certa roquin acciderit, ut Clericus, debitis ultra modum gravatus, usque ad sarculum & penam, ut ajunt, excuti, & cum opprobrio statu Ecclesiastici mendicari debetur contra dispositionem Trident. Concil. f. 21. de Reformat.

217 competit hoc privilegium Clericis non tantum Sæcularibus, sed etiam Regularibus. Ranbeck in Panoplia cit. disp. 2. f. 2. cap. nn. §. 1. n. 3. nec constitutis foliū in Ordinibus majoribus, sed etiam in minoribus: cō quid cit. cap. Odoardus, tanquam constitutio favorabilis, & de Clericis generaliter loquens, amplissimam extensionem mereatur. Barbola f. E. U. d. lib. 1. cap. 39. §. 6. n. 15. Franciscus à Moltazo in tral. de causis pli lib. 7. cap. 7. n. 23. An autem Clerici, in minoribus constituti, gaudeant privilegio competentia, si fori privilegio non gaudent? In utramque partem disputatione partem negativam, quæ communior & probabilior est, tenentibus Covarruv. Var. Resol. lib. 2. cap. 1. n. 9. Gutierrez de Juram. 1. p. cap. 17. n. 10. Franciscus à Moltazo in tral. de causis pli lib. 7. cap. 7. n. 23. An autem Clerici, in minoribus constituti, gaudeant privilegio competentia, si fori privilegio non gaudent?

In utramque partem disputatione partem negativam, quæ communior & probabilior est, tenentibus Covarruv. Var. Resol. lib. 2. cap. 1. n. 9. Gutierrez de Juram. 1. p. cap. 17. n. 10. Franciscus à Moltazo in tral. de causis pli lib. 7. cap. 7. n. 23. An autem Clerici, in minoribus constituti, gaudeant privilegio competentia, si fori privilegio non gaudent?

Ratio negativa est: tum quia rationes, ob quas est concepsum privilegium competentia, cessant in Clericis minoribus, fori privilegio definitus, utpote qui juxta Covarruv. cit. l. Laicis equiperantur: tum quia privilegium fori videtur principalius, & quo catena Clericorum privilegia dependent.

P. SCHMIER JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

id maximè, de quo hic agimus: dum cap. Odoardus loquitur de Clerico, qui coram Ecclesiastice, nō Justice, nimirum Officiali Rhemensi, convenitus, siue fori Ecclesiastici privilegio fuit decoratus: tum quia innuimur sunt Clerici 222 minorum Ordinum, quibus, si beneficium competenter daretur indificrimatim, in gravissimum dispendium creditorum redundaret.

Caufa, in quibus privilegium competenter Clericis indulgetur, sunt civiles, tum personales, tum reales, quando agitur ad solven-223 tam debita, vel interessis ob rem deperditam aut amissam restituendum, veluti colligitur ex cit. cap. Odoardus in verb. super quibusdam debitis convenientissim: & in verb. proper rerum inopiam solvere non valentem &c.

Quando autem agitur ad rem actoris propriam restituendam, five rei vindicatione, five actione personali, commodati, depositi &c. tenetur Clericus convenitus rem illam, non attendit competenter privilegio, restituere. Covarruv. cit. cap. num. Ranbeck d. §. 2. n. 16. Franc. à Moltazo d. cap. 7. n. 51. & 3. seqq. In delictis varia 224 sunt DD. placita, quæ refert, & examinat Moltazo d. cap. 3. Pro quorum concilia-

tione videndum, an agatur civiliter ad interterreis partis, vel criminaliter ad interfesse publicum, seu multari pecuniariam, fisco inferendam. Posteriorē cafu pōtorū DD. op. 225 non tener, Clericus, qui non habet in aere, in corpore luere debere per cap. finem libris 5. de Dolo & contumac. & l. ult. ff. de in Falsi vocandi, licet, ut prolixe docet cit. à Moltazo num. 40. & seqq. pecna illa corporis afflictiva, non debet esse ex numero illarum, quia infamiam fecum trahunt.

Priore cafu beneficium competenter procedit arg. cit. cap. Odoardus, quod simpliciter de debito loquitur, absque distinctione, an ex contractu vel delicto descendat; præterquam si ex parte rei conventi illud in interesse habeat rationem poenae: tunc enim superiorem regulam, quod pecna pecuniaria in aliam sit commutanda, obtinere arg. cit. cap. finem libris, existimat Ranbeck d. §. 2. num. 14: cum citat.

Sicut autem afferentis est, quam assertiōnē probare, five agat, five excipiat: sic Clerici, beneficium competenter opponere volentis, est, suum afferunt, non quidem ordinarię, sed sumarię probare, & paupertatem ad solventi impossibilitatem ostendere, vel per redditum tenutam, vel per bonorum, quæ pol-

fident, indicationem, vel per communem factam & extimationem. Covarruv. d. l. 2. cap. 1. n. 9. Ranbeck d. §. 1. n. 5. & seqq. à Moltazo d. l. n. 22.

Cefsat hoc privilegium I. quando Clericus, ob debitum conventus, judicialiter & pertinaciter suum debitum negat arg. cit. cap. Odoardus in verb. recognoscens hisnumbras debitis;